

Aduertencias para

Absolutio ab Hęresi. fol. 58. & Didacns Pe-
rez. l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordin. pagina. 85. inquit
Caiet. Excommunicatio. c. primo, & tradit
strictius illud ponderando. Nauar. c. 27. nu.
260. & ita respōsum fuit año. 1576. à Greg.
13. stylum esse, & praxim Curiæ Romane,
& suam intentionem, quod per Bullæ, vel
lubilę clausulam generalem, nunquam cen-
setur concessa Absolutio ab Hęresi. Et con-
firmatur primo, ex Concilio Trid. Sess. &
cap. citatis, ubi postquam Episcopo conces-
serat omnes casus Papæ, expressè postea con-
cedit casum Hęresis Episcopo, & non Vicar-
io, his verbis. Liceat Episcopis &c. & in-
quibusq; casibus occultis [etiam sedi A-
postolicę reseruatis] delinquentes quo scun-
q; sibi subditos, in Diœcesi sua perse ipsos,
aut Vicarium ad id specialiter deputandū,
in foro conscientię gratis absoluere impo-
fitę penitentia salutari. Idem, & in Hęresis
crimine, in eodem foro conscientię, eis tan-
tum non eorū Vicariis sit permīssum. Ecce
qualiter sub generali concessione absolutio-
nis à casibus Sedì Apostolicę reseruatis, nō
intelligitur, neq; cadit absolutio ab Hęresis
crimine, propter peculiarem atrocitatem, &
imma